

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAË XIII
EPISTOLA ENCYCLICA

AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM
ORDINARIOS FOEDERATARUM
CIVITATUM CANADENSIVM PACEM ET COMMUNIONEM CUM
APOSTOLICA SEDE HABENTES

Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis foederatarum civitatum Canadensium pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus.

LEO P P. XIII

Venerabiles fratres: Salutem et Apostolicam benedictionem

Affari vos, quod perlibenter atque amantissime facimus, vix Nobis licet, quin sua sponte occurrat animo vetus et constans Apostolicae Sedis cum Canadensibus vicissitudo benevolentiae consuetudoque officiorum. Ipsi rerum vestrarum primordiis comitata Ecclesiae catholicae caritas est: maternoque semel acceptos sinu, amplexari vos, fovere, beneficiis afficere numquam postea desiit. Certe immortalis vir Franciscus de Laval Montmorency, primus Quebecensium episcopus, quas res proavorum memoria pro salutem publica felicissime sanctissimeque gessit, auctoritate gratiaque subnixus romanorum Pontificum gessit. Neque alio ex fonte auspicia atque orsus agendarum rerum cepere consequentes episcopi, quorum tanta

extitit magnitudo meritorum. Similique ratione, si spatium respicitur vetustiorum temporum, non istuc commeare nisi nutu missuque Sedis Apostolicae consuevere virorum apostolicorum generosi manipuli, utique cum christiana sapientiae lumine elegantiorum cultum atque artium honestissimarum semina allaturi. Quibus seminibus multo eorum ipsorum labore sensim maturescentibus, Canadensium, natio in contentionem urbanitatis et gloriae cum exaltis gentibus sera, non impar, venit. —Istae sunt res Nobis omnes admodum ad recordationem jucundae; eo vel magis, quod earum permanere fructus cernimus non mediocres. Ille profecto permagnus amor in catholica multitudine studiumque vehemens divinae religionis, quam scilicet majoris vestri primum et maxime ex Gallia, tum ex Hibernia, mox quoque aliunde, auspicato advecti, et ipsi sancte coluerunt et posteris inviolate servandam tradiderunt. Quamquam, si optimam hanc hereditatem tuetur posteritas memor, facile intelligimus quantam hujus laudis partem sibi jure vindicet vigilantia atque opera vestra, venerabiles Frates, quantam etiam vestri sedulitas Cleri: omnes quippe, concordibus animis, pro incolumitate atque incremento catholici nominis assidue contenditis, idque, ut vera fateamur, non invitis neque repugnantibus Britannici imperii legibus. Itaque communium recte factorum vestrorum cogitatione adducti, cum Nos romanae honorem purpurae Archiepiscopo Quebecensium aliquot ante annis contulimus, non solum ornare viri virtutes, sed omnium istic catholicorum pietatem honorifico afficere testimonio voluimus. —Ceterum de institutione laborare ineuntis aetatis, in qua et christanae et civilis reipublicae spes maximae nituntur, apostolica Sedes numquam intermisit, conjuncto vobiscum et cum decessoribus vestris studio. Hinc constituta passim adolescentibus vestris ad virtutem, ad litteras erudiendis complura eademque in primis florentia, auspice et custode Ecclesia, domicilia. Quo in genere eminet profecto magnum Lyceum Quebecense, quod ornatum atque auctum omni jure legitimo ad legum pontificiarum consuetudinem, satis testatur, nihil esse quod expectat studeatque apostolica Sedes vehementius, quam aducere civium sobolem expolitam litteris, virtute commendabilem. Quamobrem summa cura, ut facile per vos ipsi judica-

bitis, animum ad eos casus adjecimus, quos catholicae Manitobensium adolescentulorum institutioni novissima tempora attulere. Volumus enim et velle debemus omni, qua possumus, ope et contentione eniti atque efficere ut fides ac religio ne quid detrimenti capiant apud tot hominum millia, quorum Nobis maxime est commissa salus, in ea praesertim civitate qua christianae rudimenta doctrinae non minus quam politioris initia humanitatis ab Ecclesia catholica accepit. Cumque ea de re plurimi sententiam expectarent a Nobis, ac nosse cuperent qua sibi via, qua agendi ratione utendum, placuit nihil ante statuere, quam Delegatus Noster apostolicus in rem praesentem venisset: qui, quo res statu essent exquirere diligenter et ad Nos subinde referre jussus, naviter ac fideliter effectum dedit quod mandaveramus.

Causa profecto vertitur permagni momenti ac ponderis. De eo intelligi volumus, quod septem ante annis legumlatores Provinciae Manitobensis consessu suo de disciplina puerili decreverunt: qui scilicet, quod leges Canadensis foederis sanxerant, pueros professione catholica in ludis discendi publicis institui educarique ad conscientiam animi sui jus esse, id jus contraria lege sustulere. Qua lege non exiguum importatum detrimentum. Ubi enim catholica religio aut ignoratione negligitur, aut dedita opera impugnatur: ubi doctrina ejus contemnitur, principiaque unde gignitur, repudiantur, illuc accedere, eruditionis causa, adolescentulos nostros fas esse non potest. Id sicubi factitari sinit Ecclesia, non nisi aegre, ac necessitate sinit, multisque adhibitis cautionibus, quas tamen constant ad pericula declinanda nimium saepe non valere.—Similiter ea deterrima omninoque fugienda disciplina, quae, quod quisque malit fide credere, id sine ullo discrimine omne probet et aequo jure habeat, velut, si de Deo rebusque divinis recte sentias tan secus, vera an falsa secteris, nihil intersit. Probe nostis, venerabiles Fratres, omnem disciplinam puerilem, quae sit ejusmodi, Ecclesia esse judicio damnatam, quia ad labefactandam integritatem fidei tenerosque puerorum animos a veritate flectendos nihil fieri perniciosius potest.

Aliud est praeterea; de quo facile vel ii assentiantur, qui cetera nobiscum dissident: nimirum non mera institutione

litteraria non solivaga jejunaque cognitione virtutis posse fieri, ut alumni catholici tales e schola aliquando prodeant, quales patria desiderat atque expectat. Tradenda eis graviora quedam et majora sunt, quo possint et christiani boni et cives frugi probique evadere: videlicet informentur ad ipsa illa principia necesse est, quae in eorum conscientia mentis alte insederint, et quibus parere et qua sequi debeant, quia ex ūde ac religione sponte efflorescunt. Nulla est enim disciplina morum digna quidem hoc nomine atque efficax, religione posthabita. Nam omnium officiorum forma et vis ab iis officiis maxime ducitur, quae hominem jungunt jubenti, vetanti, bona malaque sancienti Deo. Itaque velle animos bonis imbuere moribus simulque esse sincere religionis expertes tam est absonum, quam vocare ad percipiendam virtutem, virtutis fundamento sublato. Atqui catholico homini una atque unica vera est religio catholica: proptereaque nec morum is potest, nec religionis doctrinam ullam accipere vel agnoscere, nisi ex intima sapientia catholica petitam ac depromptam. Ergo justitia ratioque postulat, ut non modo cognitionem litterarum alumni schola suppeditet, verum etiam eam, quam diximus, scientiam morum cum praeceptionibus de religione nostra apte conjunctam, sine qua nedum non fructuosa, sed perniciosa plane omnis futura est institutio. Ex quo illa necessario consequuntur: magistris opus esse catholicis: libros ad perlegendum, ad ediscendum non alios, quam quos episcopi probarint, assumendo: liberam esse potestatem oportere constituendi regendique omnem disciplinam ut cum professione catholici nominis, cumque officiis quae inde proficiscuntur, tota ratio docendi discendique apprime congruat atque consentiat. — Videre autem de suis quenique liberis, apud quos instituantur, quos habeant vivendi praeceptores, magnopere pertinet ad patriam potestatem. Quocirca cum catholici volunt, quod et velle et contendere officium, est, ut ad liberorum suorum religionem institutio doctoris accommodetur, jure faciunt. Nec sane iniquius agi cum iis queat, quam si alterutrum malle compellantur, aut rudes et indoctos, quos procrearint, adolescere, aut in aperto rerum maximarum discrimine versari.

(*Se continuará.*)

SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

*Sobre el culto que se debe á las reliquias de la Pasión
de Nuestro Señor Jesucristo.*


Rmus. P. Commissarius Generalis Fratrum Minorum Observantium de Provincia Calabriae Sacrae Rituum Congr. ea quae sequuntur humillime exposuit, nimirum:—In Conventu Fratrum Minorum Franciscalium de Observantia prope Pretiliam Policastrum ac de Provincia Calabriae, abhinc tribus saeculis una colitur Spina Coronae D. N. J. C. sanguine conspersa et quondam a Rmo. Archiepiscopo S. Severinae, in cujus dioecesi situm est oppidum, juridice recognita et approbata. Haec autem S. Reliquia cum exponitur fidelium venerationi, super tabernaculum collocari solet in quo SSimum. Sacramentum asservatur, et ante ipsam transeuntes utrumque flectunt genu; et ipsi Sacerdotes ante eam expositam celebrantes omnia peragunt, quae ante SSimum. Sacramentum expositum fieri solent. Idem vero Rmus. P. Commissarius Generalis sua canonica visitatione haec omnia nonnisi SSmae. Eucharistiae ratus convenire ex ecclesiastica institutione, jussit ab his abstineri et omnia peragi ad tramitem Decretorum Sacrae Rituum Congregationis. Quod aegre ferentibus quibusdam, ut efficacius, in casu, omnis abusus eliminetur, et debitus honor sacrae Spinae D. N. J. C. tribuatur, praedictus Orator ab eadem Sacra Congregatione enixe postulavit:

I. Utrum praefati usus approbari, vel saltem tolerari possint?

II. Et quatenus negative, quis sit legitimus cultus eidem S. Spinae tribuendus?

Et Sacra ipsa Congregatio, referente subscripto Secretario, attentis expositis, utrique postulato rescribendum censuit: «Stetur Decretis, praesertim decreto *Tridentina* d. J. 12 Martii 1836, aliisque respicientibus cultum exhibendum ac praescriptum pro Reliquiis vivificae Crucis aliorumque instrumentorum Passionis Dominicae.»

Atque ita rescripsit. Die 17 Septembris 1897.—L. M. CARD. PAROCCHI.—D. PANICI. *Secret.*



LA FIESTA DE SANTO TOMÁS DE AQUINO EN EL SEMINARIO CONCILIAR.

Siempre ha sido el Doctor Angélico de los santos que más veneración y respeto han inspirado á la juventud estudiosa y á los Maestros encargados de velar por la educación religiosa y científica de la misma; pero esta devoción viene en aumento desde que ha sido declarado Patrono de las Escuelas Católicas. Y por si acaso la série de siglos que de nosotros le separa y las densas nieblas que el espíritu del error continuamente levanta para conseguir su fin, pudieran impedir que los luminosos rayos de aquel Sol de sabiduría cristiana no llegasen hasta nosotros ó llegasen tan tenues que no bastaran á iluminar el entendimiento con los resplandores de la verdad, no cesa el Romano Pontífice, centinela avanzado de la casa de Israel, de exhortar á los Prelados Católicos á que restituyan la *áurea* sabiduría de santo Tomás, manifestando además su firmísimo propósito de que en las Universidades Pontificias recientemente creadas en nuestra Patria, se abra la Suma Teológica del Doctor Angélico como caudaloso manantial capaz de saciar con sus cristalinas aguas la ardiente sed, de los amantes del verdadero saber.

Por eso nuestro Excmo. Prelado, siguiendo en todo las nobles aspiraciones del Romano Pontífice, ha querido que en éste como en los años anteriores desde su ingreso en la Diócesis los alumnos del Seminario Conciliar dedicasen el día 7 del presente mes, á honrar de un modo especial al celeste Patrono para que enamorados de su admirable virtud y de su profundo saber, corran en pos de la fragancia de sus olorosas virtudes iluminados por los resplandores de su celestial sabiduría.

A este fin después de haber alimentado sus almas con el pan de los Angeles en la Misa celebrada á las seis y media, asistieron en unión del muy respetable Claustro de Profesores á la solemne que con acompañamiento de orquesta cantaron los mismos celebrando el Sr. Rector y ocupando la Cátedra sagrada el Profesor de Historia Eclesiástica y Patrología, Licenciado D. Santos del Campo, quien tomando por tema las pala-

bras del Eclesiástico «*Cor suum traddet ad vigilandum diluculo ad Dominum, ... et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiae suae,*» puso de manifiesto los progresos de santo Tomás. en la virtud desde su edad más temprana y la grande obra realizada en la marcha de los estudios eclesiásticos fertilizando con los rios de su saber el campo de la Iglesia católica, presentándole después como modelo el más acabado de virtud y sabiduría, armas que deben ceñir los ministros del Santuario, ya para hacer frente al enemigo, ya para el exacto cumplimiento de los deberes que la Providencia les confiara.

Por la tarde honraron al Angel de las Escuelas con una velada literario-musical á la que asistieron los Profesores, alumnos de San Isidoro y gran número de externos, en la que previo un armonioso prelude de música ejecutado por alumnos del mismo Seminario el joven D. Cayetano Barbillo defendió la proposición «*Fidei regula proxima non ex ratione individuali, sed ab Ecclesiae auctoritate repetenda est,*» haciendo una disertación en latín correcto y elegante y respondiendo á las dificultades propuestas en forma por D. Miguel Sánchez y D. Pablo Alvarez. Se oyeron otra vez los acordes de la orquesta y alternando con ella leyeron composiciones poéticas en castellano, los alumnos D. Fernando del Arco, D. Lucio Martínez, D. Jesús Sanmartín y D. Pablo Diez y en Hebreo y Griego, D. Antonino Ordás dando todos inequívocas pruebas de su aplicación y aprovechamiento en los estudios y poniendo de relieve el estado de cultura en que se hallan las Letras en el Seminario, pues sus alumnos además del idioma patrio y litúrgico, cultivan la Lengua del pueblo Filósofo y la del escogido por Dios para conservar incólume el depósito de las verdades eternas.

En el mismo día por la tarde se ha comunicado al Rector del Seminario el nombramiento de Canónigo de esta santa Iglesia Catedral hecho por el Excmo. é Ilmo. Prelado para ocupar la vacante producida por la muerte del M. I. Sr. D. Clemente Bolinaga (q. s. g. h.) Sea enhorabuena.

Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Diócesis.

Han manifestado por conducto de los Sres. T. Arciprestes de Valdeburón de Arriba y Argüellos, que deseaban pertenecer á la Asociación é ingresan en ella:

N.º 1011=García D. Manuel, dentro del primer año de su ordenación.

N.º 1012=Martínez, D. Francisco, id. id. id.

León, 10 de Marzo de 1898.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz,
Canónigo-Secretario.

Número 4.

El día 26 de Febrero último falleció el M. I. Sr. D. Clemente Bolinaga, Canónigo de esta Santa Iglesia Catedral, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. Arcipreste, que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

Número 5.

El día 1.º de los corrientes falleció D. Félix González, Presbítero residente en Vegamián, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. Arcipreste, que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

CÉDULAS.

En la imprenta de este BOLETÍN se siguen haciendo las cédulas de examen, confesión y comunión en las mismas condiciones que en años anteriores.

Se ruega á los Sres. Párrocos, Ecónomos ó encargados de las parroquias se sirvan hacer los pedidos lo más antes posible para poder cumplimentarles á su debido tiempo.

En el mismo Establecimiento se encuadernan los BOLETINES y cuantas obras se deseen. También se hallan á la venta Misales, Manuales de Sacramentos, Breviarios, Diurnos y toda clase de libros litúrgicos. Unico representante en la provincia de la Librería Religiosa de Barcelona.
